



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 80. Polus per Reginæ literas iter suum differre rogatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

centem, atque Augustani Cardinalis im-Sæc. XVI.  
perio obnoxiam pervenit, ubi aliquam- A.C. 1553.  
diu substiterat, publicæ securitatis lite-  
ras præstolaturus tam a Wirtembergensi  
Duce, quam ab aliis Protestantibus Prin-  
cipibus, quorum ditiones absque fidei  
publicæ sponsione tuto pertransire haud  
posset. Occurrebat eidem in hac urbe  
Penningus ex Anglia redux, qui ipsi li-  
teras a Regina proprio chirographo sig-  
natas, ac die septima Octobris datas  
tradebat, in quibus eadem Polo signifi-  
cabat, quod harum bajulus ipsum de  
singulis in hac epistola non contentis  
certiorem esset redditurus, interea vero  
ipse modicis itineribus Bruxellas pete-  
ret; cum ibidem tutius illum per Atre-  
batensem Episcopum de Regni sui statu  
edoctora esset.

### §. LXXX.

*Polus per Reginae literas iter suum  
differre rogatus.*

Cum interea Dandinus a legatione sua revocatus Romam rediret, per viam occurrens eidem significabat, quod ejus in Angliam legatio Cæsari minus grata videretur, eoquod ejus consiliis adversa esset, ac propterea is jamjam quibusdam indiciis suam manifestasset indignationem: insuper id ipsum a Floribello coram Polo fuisse confirmatum

*Hist. Eccles. Tom. XL.* T t fer-

Sæcul. XVI. fertur: saltem veritatis speciem præse-  
A.C. 1553. ferre videtur, quod Cæsar rem adeo  
 dextere instruxerit, ut Maria Regina  
 per quemdam nuntium Cardinali signi-  
 ficari fecerit, quod ejus ingressum in  
 Angliam aliquantum differri, Religio-  
 nis plurimum interficit, cum quorum-  
 dam animi ad agnoscendam Pontificis  
 auctoritatem parum adhuc propensi  
 essent. Hujus negotii curam Regina  
 committebat cuidam nomine Goldwello,  
 qui postea Asaphiensis Episcopus est re-  
 nuntiatus, atque Cardinali duo decreta  
 a Senatu edita tradere jubebatur, quo-  
 rum primo Maria legitimis natalibus,  
 suisque juribus reddebatur, altero au-  
 tem omnia ad eundem, quo sub Hen-  
 rico VIII. morti proximo erant, statum  
 revocabantur. Porro Regina per hunc  
 Deputatum Cardinali Polo ista signifi-  
 cabat: „Communis, ut vocatur, Cu-  
 „ria hisce duobus edictis quidem con-  
 „sensit, Ecclesiasticam tamen potesta-  
 „tem Angliæ Regibus afferri, ac Sedis  
 „Apostolicæ Auctoritatem restaurari,  
 „ægerrime fert, ac insuper Angli non  
 „parum commoti videntur, eo quod  
 „jamjam te tanquam Legatum adven-  
 „tare intellexissent, eapropter mihi per-  
 „molestem accidit, quod ea res, quam  
 „duntaxat summo Pontifici communi-  
 „care, Commendono permittebatur,

ad eo

„adeo intempestive fuerit propalata: hinc Sæc. XVI.  
 „rogo te, ut ingressum tuum in Angliam A.C 1553.  
 „usque ad nova mandata differas, in-  
 „terea vero, cum tua monita maximi  
 „habeam, peto, ut eorum, quos ad  
 „vacantes vel deinceps vacatuos Epi-  
 „scopatus idoneos censes, nomina  
 „designes., Ceterum ad hanc Re-  
 ginæ epistolam Poli responsum igno-  
 ratur, atque exstat duntaxat quoddam  
 illius scriptum Goldwelo traditum, in  
 quo Cardinalis de utroque edicto que-  
 ritur, & quidem de primo, eoquod in  
 illo nulla facta fuisse mentio de Papæ  
 Bullis, ex quibus tamen præcipue va-  
 lor matrimonii inter Catharinam Arra-  
 goniæ, & Henricum VIII. comprobare-  
 tur: de altero autem querebatur, quod  
 Ecclesiæ officiis, ac Sacramentis ad  
 eundem statum, quo Henrico obeunte  
 erant, revocatis Anglia in schismate  
 relinquetur. Postmodum Commen-  
 doni innocentiam vindicans Reginam,  
 ut titulum supremi Capitis in Ecclesia  
 Anglicana dimitteret, enixe hortabatur,  
 agendique rationem Cæsaris discessum  
 suum in Angliam retardantis reproba-  
 bat, affirmans, quod Viro, quem Im-  
 perator a Confessionibus habet, collo-  
 cutus, eum de hujus consilii injustitia  
 convicerit, eumque induxit, ut is  
 Cæsarem ad saniora reduceret.

Tt 2                    §. LXXXI.